



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

309. Feria 2. de Securitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

444 *Dominica 20. post Pentecost.*
postulatio, Sanctorumque invocatio. 4.
Adoratio, quâ coram Deo corpore & mente
prosternimur, quâque Sanctos veneramus.
2. Sacrificium, quo Deo corpus & sanguinem
Christi in sanctissima Eucharistia, cum men-
tem, vires, & omnia nostra offerimus, 6. Ad-
ministratio, & susceptio Sacramentorum. 7.
Exhibitio oblationum, primitiarum, deci-
marum, quibus Deum in ministris ejus ho-
noramus. 8. Votum, quo Deo vel Religio-
nem, vel alia opera supererogationis vove-
mus, & reddimus. 9. Juramentum, quo in
necessitate cum magna reverentia Deum in
testem alicujus veritatis adducimus. 10. Ad-
juratio, sive obsecratio, quâ Deum per suam
bonitatem, Christi, & Sanctorum merita, ut
nobis aliquod bonum ad suam gloriam or-
dinatum concedat, instanter petimus. 11.
Laus Deo, quâ eum pro sua infinita perfe-
ctione & operibus, Psalmis, Hymnis, & can-
ticis spiritualibus, ore laudamus, & musicis
instrumentis. 12. Gratitude, quâ Domino
pro adversis & prosperis gratias agimus, pro
beneficijs proximorum. 13. Omnium vir-
tutum actus Theologicarum, & moralium
relati ad honorem, & cultum Dei.

MEDITATIO CCCIX.

Feria 2. Domin. 20. post Pentecost.

De Securitate,

Aspiciam

Feria 2. Domin. 20. post Pentecost. 145

Aspiciam D. IESV sinum quasi portum securissimum, ad quem admitti petam.

Conf. 1. Securitas est virtus, quâ tranquille magna opera virtutis aggredimur, & timorem, anxietatēq; errandi præposterè agendi, & non assequendi finem cohibemus.

Conf. 2. Incitamenta. 1. Concursus Dei omnes creaturas in suis functionibus mirabiliter iuvans. 2. Bona conscientia DEI gloriam quærentem mirabiliter roborat, & spe exitus boni confortat. 3. Sollicitudo ritè præstandi omnia; qui enim, quod ad se pertinet, facit, non imprudenter de Dei auxilio confidit. Excelluit hac virtute Christus, qui opera, quæ nemo alias fecit, tranquille aggressus in convertendis, & sanandis hominibus animâ & corpore, quantâ securitate opus Redemptionis sub passionis initium in horto est aggressus, obvians suis hostibus.

Conf. 3. Actiones 1. Alacriter cum spe boni exitus præclaras actiones aggredi. 2. Timorem ex vana causa ortum abijcere. 3. Quiete, & sine perturbatione opera bona præstare, fiducia in Deo collata.

MEDITATIO CCCX.

Feria 3. Domin. 20. post Pentecost.

De Simplicitate.

Aspiciam